



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Iure Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Vsuris. Consilium DXCIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98716)

suæ mensæ, statim ad alias usuras seu interesse pro eodem tempore collocare, l. Nec enim in fine à contrario seu, si de pignor. ad. ut à ratione alienum non sit ei pro eo quoque tempore usuras seu interesse præstari.

De Vfuris.

S V M M A R I V M.

Virarum restitutio.

1. *Usurarius quorum bonorum restitutionem facere tenetur.*
2. *Usurarius, acquisita ex usuris restituere non tenetur.*
CONSILIUM DXCIII.

2. *Usurarius, acquisita ex usuris restituere non tenetur.*
CONSILIVM DXCIII.

CONSILIVM DXCIII.

RESTITUTIO, ad quam ex præscripto
juris. *c. 2. de usur. lib. 6. tenetur usurarius,*
non est omnium usurariorum, quæ usu-
rarius habet tempore faciendæ restitutionis;
at nec eorum, quæ postquam usuras exercere
ceperit, acquisivit; sed tantum de usuris ipsis, *d. 6.*
2. in verb. de usur. ipsis, & de eo, in quo usuras sol-
ventem damnificavit; non etiam de iis, quæ per
occasionem exercitij usurarum aliunde etiam ex
usurariâ pecuniâ acquisivit; quia hæc non acqui-
runtur debitoribus, nec eis debentur. Quæ est
communis & recepta sententia, non tantum Ca-
nonistarum, in *d. c. 2. Panor. in c. sine de usur. An-
thar. in rept. c. peccatum post princ. De reg. iur. lib. 6.*
& aliorum Iureconsultorum, *Car. Molin. de contract.*
usur. quasi. 83. nu. 628. Covar. Variar. resol. lib. 3. cap.
3. nu. 6 verum etiam Theologorum, *D. Thom. 2.*
2. q. 24. artic. 3. alij in 4. Sentent. dist. in c. 15. quasi. 2.
Dominus ad 2. de usur. & iure lib. 6. quasi. 1. artic.
4. & Proinde in proposito casu non oportet col-
limare seu oculos adijcere ad quantitate bono-
rum, quæ hic quondam usurarius habet, & factâ
restitutione illi adhuc superant; siue illa magna
siue parva sint; sed ad veritatem receptatum usura-
rum à debitoribus, & damni illis per hujusmo-
di solutionem inmediate illati. Ita ut ab Episco-
po obtenta absolutio post factam restitutionem,
neque ab eodem Episcopo, neque ab ejus successore,
neque denique ab alio quocumque Iudice
civili, aut dictus quondam usurarius molestari
possit, ex eâ causâ, quod durante exercitio men-
sæ fructebris, multa bona acquisiverit; & nunc
post dictam restitutionem, & absolutiorem adhuc
reliqua habeat.

De Vfuris.

S V M M A R I V M.

Litteræ Cambij.

1. Cambia esse licita.
2. 6. Camby littera emi & vendi possunt.
3. Dominum pretium incertum est. & vile esse potest.
4. Nominus venditor quid praestare debeat.
5. Actio emi potest.
6. Emptio & conmutatio permitti possunt.
7. Emi potest res futura.
8. Cessio actionis extincta debitori contra se aut fideiusso-
rem fieri non debet.
9. Debitor iura conscientia praetogando minus solvere
potest.

2. 6. Camby littera emi & vendi possunt.

3. *nominum pretium incertum est. & vile esse potest.*

4. *Nominis venditor quid prestare debeat.*

- §. Actio enim potest.

7. Emptio & conmutatio permisceri possunt.

8. *Emi potest res futura.*
Causa actionis extincta debitori contra se aut fideius.

9. Cessio actionis extincta debitori contra se non placuit, forem fieri non debet.

10. Debitor iura conscientia praetogando minus solvere

qualecumque illud sit, modò non exorbitanter vile, iustum reputetur. *Bald. in d. l. Per diversas in 4. quest.* Sic quòd in constituendâ æstimatione nominis seu actionis, sive ad pretium, sive ad aliud corpus, minoris sit æstimandum nomen seu actio, quàm ipsa pecunia seu quantitas, vel res, quæ in eo continetur, *Hieron. Cognol. l. 2. nu. 200. quest. 41. C. De rescind. vendit.* non tantùm quod minus sit in nomine, quàm in pecunia, tunc cum in diem debitum est; quia ut plus debet, qui ceteriore die debet; ita minus, qui ulteriore, & plus *Insist. De action. l. Gracè §. illud De fideiussorib.* minus enim solvit, qui tardius solvit *l. si cui §. ult. De verbor. signif.* sed quia generaliter semper minus in actione sit, quàm in ipsa re; minùsque juris interpretatione censeatur habere, qui ad rem actionem tantùm habet, *l. Minus si actionem De verb. signif.* ob id inter cætera, quod venditor nominis, seu harum literarum, minus præstet emptori, quàm venditor aliarum rerum. Nam aliarum rerum venditor præstare debet tempori, ut ei illas habere liceat: venditor verò nominis hoc tantum præstare debet, *l. Ex empto §. ex emptio De act. empti* ut nomen sit, non ut exigi etiam aliquid possit, *l. si plus §. fin. De verb.* hoc est ut cuius nomen vendit, vere sit debitor illius nominis; non etiam quòd sit locus, aut quòd adveniente die solutionis, emptori nominis rectè solvetur, *elegant text. in l. Si nomen De hered. vel act. vend.* ita ut totum periculum nominis transeat in emptorem. Quod quidem periculum multiplex esse potest, propter instabiles fortunas hominum, & frequentia fallisamenta debitorum; præsertim mercatorum, ad quos plerumque huiusmodi literæ cambij destinantur.

Et hæc sunt fundamentales rationes, cur in genere literæ cambij, & cætera omnia nomina minoris emi possint, quàm est quantitas, quæ in eis continetur. Quod ipsum aperitis verbis ex sententia Innocentij, *m. c. In civitate De usur.* refert & sequitur Panormitanus, *in d. c. Ex parte n. 6.* quòd hoc à conscientia quis possit emere actionem iam ortam tempore contractus; quia sit res quæ emi & vendi possit, *d. l. Nomina*, etiam minore pretio, cum hoc sit de naturâ emptionis & venditionis, *d. l. si voluntate*; & conscientia usurariæ pravitatis avertitur propter periculi considerationē. * Verum quidem est, sub huiusmodi specie facili celari & exerceri posse usurariam pravitatem; sed id non est ex qualitate & natura rei, quæ talis est, quòd exerceri possit sine usurâ aut turpi lucro; sed ex ipsorum contrahentium vicio, malitiâ, & pravâ voluntate, quæ sæpius actus de genere bonorum reddit nocivos, *F. Hieron. à Luca d. c. ultim. 7.* ut frequenter usu venit in contractu emptionis & venditionis rerum etiam quæ maxime licitæ sunt, *c. Illo vos de pignoris.* Ideoque si is, qui non vult mutuum dare sub lucro, inducat futurum debitore, ut se per chirographum, aut aliud instrumentum constituat debitorem in alicuius pecuniæ certa summâ, expressâ causâ iustâ & idoneâ, idemque chirographum longè minori summâ illi vendat; dubium non est, quin chirographo pro simulato habito, vera usuraria pravitatis exercita sit. Et licet Innocentius, *m. d. c. In civitate sub fin.* huiusmodi emptionem probare videatur, si sine fraude fiat: omnibus ta-

Conf. W. mel. Tom. II.

men fidelibus ab huiusmodi contractu abstinendum, propter periculum, quod in eo latet. In hoc itaque & similibus conventionibus incurrentes circumstantiæ inspicendæ sunt: an rem ad simulationem liciti, & ad verum exercitum machinationem illiciti desistant; an verò simplex sit nominis seu literarum Cambij emptio; hoc est an literæ Cambij bonâ fide sine machinatione & sine conscientia emptoris sint confectæ. Quales esse putamus has literas Cambij, de quarum emptione quaritur; quæ in Hispania confectæ, ad Belgicam destinatæ, in Belgica ab aliquo sive mercatore, sive alio minore quantitate seu pretio, quàm in illis continetur, emptæ sunt.

Quæritur secundo, an hæc literæ Cambij, partim pecuniâ, partim mercibus, veluti panis, vestibus, armis, aut quibuscumque alijs, per emptorem vel venditori, vel alijs ejus creditoribus tradendis seu distribuendis, iusto pretio comparari possint? Et expeditum est, quòd sic, sive ab initio ita convenerit, ut sit commixtum negotium venditionis & permutationis; respectu scilicet pecuniæ venditio & emptio; respectu verò mercium permutatio: quia ejus generis contractus seu conventio jure non improbat, *l. Teneat §. si vendis De act. empti, Bart. in l. 1. De rer. permut. Panorm. in c. Ad quæstiones De rer. permut. per illum text.* sive ab initio de solo pretio seu certâ quantitate pecuniæ conveniat; sive ex voluntate venditoris postea partim pecunia, partim merces solvantur. Et si enim in emptione contrahendâ pretium potissimum in numeratâ pecuniâ consistere debeat, *§. pretium Insist. De empt. & vendit.* solutio tamen in eâ necellariò consistere non debet; quoniam postea consentiente creditore, qualibet alia res, loco pretij in solum dari potest, *l. Pretij causa C. De rescind. vend.* nec in hac re consistit aliquod conscientie periculum, si modò in fraudem usurarum aliud non agatur, vel aliud simuletur.

Quæritur tertio, an qui nondum habet literas Cambij, eas tamen expectat, vendere possit, & alius minore quantitate illas emere? Certum est, rem, quæ non est, sed expectatur, vendi emique posse, *l. Nec emptio in princ. De contrab. empti* ut & hypothecæ dari, *l. Et quæ nondum sunt De pignoris.* Quemadmodum & spes rei obvenitur; item incertum, ut jactus retis, emi potest, *l. Nam hoc modo De hered. vel act. vend.* Vnde receptum est obligationem conditionalem, in qua tantùm spes est, verè vendi emique posse, *l. Multum interest De hered. act. vend.* ut etiam stipulari liceat, quod aliquem dare non tantùm oportet, sed etiam oportebit, *l. Si stipulatus fuerim §. cum stipulamur, l. Si à colono, l. cum stipulamur De verb. obligat.* Sed evidentis periculum intentionis & machinationis usurariæ latet in hoc genere emptionis: cum ab usu communi recedat, & infrequens admodum sit emere futura nomina in genere, quæ in incerto fortunæ non consistunt, sicut jactus retis; sed per futuras certas literas Cambij de certa quantitate concipi debent: vix enim est, ut hoc casu in intentione ementis aliquid sinistra machinationis non lateat. Interim sic compacto & contractio negotio, ut in propostâ fa-

l i i 2

At spe-

Et specie continetur, existimamus pravitatem omnem abesse; etiam si emptor pro futuris litteris Cambij partim pecunias, partim merces solvat.

9. Quæritur quare an is, qui in litteris Cambij debitor constitutus est, illasque acceptavit, & acceptando ad solutionem, adveniente die in litteris statuta, se proferenti litteras Cambij obligavit, possit ipse illas emere? Respondemus, juris interpretatione neminem intelligi rem suam emere, l. *Sua rei de contrab. empt.* & litteras Cambij propriè non esse illius, qui illas accepit, aut illis se obligavit, sed ipsius creditoris, qui illas proferit, & exigendi ex illa facultatem habet; prout alia omnia instrumenta, cautiones, litteræ, & tabulæ debiti cuiusque creditori tradita, ad creditorem, non ad debitorem iure dominij seu proprietatis pertinent: ideoque si furtim ab aliquo auferantur, datur actio furti non debitori, sed creditori, l. *Qui tabulas de furt.* eoque respectu si debitor illas comparat à suo creditore, non suam, sed alienam rem comparate dicitur: quod regulariter nullo iure prohibetur. Sed hic actus non est propriè emptio, sed redemptio, & per naturalem solutionem extincta obligatio, quæ consistit in litteris seu tabulis, ex quo actu nemo nisi liberatio, nem consequi potest: sic quod creditor non cogatur debitori redimenti cedere suas actiones, non tantum adversus ipsum debitorem, quia id fieri posse non intelligitur, sed nec adversus suum fideiussorem, cui ipse obligatur, si quid ex causa fideiussionis ab eo exigatur, l. *Us fideiussoribus De fideiuss.* Et hoc est quod tradit Baldus, in l. 2. nu. 22. C. *De obligat. & act. & ibi Salicet. nu. 27.* quod ipsi debitor per creditorem cedi possit actio, non ad hoc, ut ipse contra se agat, sed ut hac cessio operetur liberationem potius, quam actionis ex cessione acquisitionem, l. *Si sponsalibus in fine De iure d. tuum.*

10. Iam verò nihil conscientie aut iustitiæ repugnat, minori pecuniâ prærogatâ ante diem solutionis statutum, consentiente creditore obligationem extinguere: cum nec id improbari posset in obligatione, quæ præsentem diem habet: satis enim est creditori satisfieri prout ipse vult, & patitur, l. *Solutum §. Solutum De solutionib.* Et in proposito redemptio etiam minori summa, quam continet obligatio, facta iustificat effectum prærogationis sive præventionis in solutione; qui est quod qui citius solvit, plusolvere censetur, ut minus, qui tardius solvit, d. l. *Si cui §. ult.* Et in hac re nulla est distinctio faciendâ, unde hic debitor, qui hanc redemptionem facit, pecuniam habeat: an ex se, an ex destinante; hoc est qui litteras Cambij transepserit; an verò à quocumque. Nam ut in contrahenda, ita quoque & multo minus in dissolvenda obligatione inquirendum non est, unde pecunia, quæ numeratur, procedat vel originem habeat, l. *Non inde C. si cert. petetur*

De Clerico percussore.

SUMMARY.

Homicidij excusatio in clerico.

1. Defensio non tantum sui, sed etiam aliorum permissa est.

2. Homicidij voluntas derogatur ex genere armorum.
3. Irregularis non fit clericus, qui ex inculpata turba occidit.
4. Conscientia scrupulus non facile induendus.
5. Conscientiam laicam qui habet, ad gehennam adificat, si non expurgat.
6. Conscientia timorata cautela.
7. 10. Beneficij ecclesiastici laici incapax est.
8. Beneficium ecclesiasticum quando laico valde conferri possit.
9. Clericatura superveniens non validat collationem antecedentem.

CONSILIVM DXXV.

VARIAM multiphecemque inspectionem & elegantem tractationem habet casus, qui proponitur de scholari, qui de se idendo furorem suam adversus ratum duorum militum, eamque ex eorum manibus eripiendo, alterum ex dictis militibus, eum, cum inde recederet, insequentem, & occidere seu perferre suis armis conantem, baculo suo, quem tunc in manibus habebat, percussit in terrâ prostravit; quem sic prostratum, nec aliter per dictum scholarem vel laicum vel oppressum, accurrentes aliquot rustici ulterius invaserunt, vulneraverunt & vulgatum tandem eodem instanti, presente & vidente scholari, aliter tamen non cooperante, occiderunt. Post quem casum idem scholaris ad Ecclesiasticum statum aspirando se cum aliquot alijs scholaribus Episcopo loci ad primam tonsuram clericalem præsentavit; in cuius collatione cum mora fieret, propter alios nondum sacramento confirmationis munitos, ipsdem confirmatis, & solemniter tonsuratis, dictus scholaris adstans, sed tamen tonsuræ reali se non subiciens, erroneâ persuasione, quod omnibus ex æquo tonsura collata esset, litteras tonsuræ non minus, quam alij obtinuit, & se pro clerico tonsurato gerendo Capellaniam quandam valentem obtinuit, & aliquot annis illius fructus percipit. Crescente ætate & iudicio, dictus scholaris conscientia non recte obtente clericaturæ, tonsuram postea legitime obtinuit à suo ordinario, & periculum irregularitatis ex dicto homicidio meture cepit, & consilium super præmissis requirere, tan pro conscientia suæ exoneratione, quam securitate adversus periculum irregularitatis, quam ex causa dicti homicidij incurrisse dici posset. Ex hoc itaque casu duæ principales oriuntur quæstiones: prior, an hoc homicidium dicto scholari imputari possit ad hoc, ut ex eo saltem irregularis sit factus, & adversus irregularitatem Pontificiâ restitutione seu dispensatione indigeat? Altera, an dicta Capellaniam collatio eidem scholari rectè & iure facta sit, aut saltem ex postea si perveniente legitima clericatura vitium prioris collationis expurgatum fuerit, ut totâ conscientia Capellaniam fructusque prius percepti per eum retineri possint?

Ad priorem quæstionem expedita est resolutio, quod si res ita, ut proponitur, se habet, nullum præfatis scholari ex ista percussione, & sequenti dicti militis interemptione per alios factâ imminet irregularitatis periculum: ideo quod ipse suis manibus homicidium non perpetraverit, nec præciliam illius